

The Electronic Manipulus florum
www.manipulusflorum.com

Superbia n
cum fonte primo

Alia quecumque iniquitas in
malis operibus exercetur ut fiant,
superbia uero in bonis operibus
insidiatur ut pereant.

Augustinus in regula.

alia quippe quaecumque iniquitas in
malis operibus exercetur ut fiant,
superbia uero etiam bonis operibus
insidiatur ut pereant; et quid prode est
dispergere dando pauperibus et
pauperem fieri, cum anima misera
superbior efficitur diuitias contemnendo,
quam fuerat possidendo?

Augustinus Hipponensis, *Regula tertia
uel praeceptum*, 1, 7 (L. Verheijen ed.,
p.420, ll.29-33).